

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIT CONCILIVM ILERDENSE HABITVM ANNO. XV. THEODORICI REGIS,
OCTAVO IDVS AVGVSTI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

INCIPIT CONCILIUM

ILERDENSE HABITVM ANNO. XV. THEODORICI
REGIS, OCTAVO IDVS AVGVSTI.

Capitulum primum.



E HIS CLERICIS QVI IN OBSESSIONIS NE-
cessitate positi fuerint, id statutum est, vt qui altario ministrant, & christi corpus
& sanguine tradunt vel vasa sacra officio deputata contrectant, vt ab omni hu-
mano sanguine etiam hostili se abstineant, quod si in hoc inciderint duobus an-
nis, tam officio, quam comunione priuentur, ita vt duobus annis, vigiliis ieiuniis
orationibus, & elemosinis pro viribus quas dominus donauerit expientur, & ita
demum officio vel comunione reddatur, ea tamen ratione ne ulterius ad officia po-
tiora prouehantur, Quod si infinito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint protelan-
di ipsius penitentiae tempus in potestate manet sacerdotis.

Capitulum secundum.

Hi vero qui male conceptos ex adulterio fetus vel editos necare studuerint, vel in ventribus matru-
m potionibus aliquibus colliserint in utroque sexu adulteris post septem annorum curricula comunio tri-
buatur, ita tamen vt omni tempore vite sue fletibus & humilitati insistant, Si vero clerici fuerint offi-
cium eis ministrandi recuperare non liceat attamen in choro psallendum a tempore recepte comunio-
nis intersint ipsis beneficiis, In exitu tantum (si facinora sua omni tempore vite sue defleuerint) com-
munio eis tribuatur.

Capitulum tertium.

De monachis id obseruari placuit, quod synodus agathensis noscitur decreuisse, hoc tantummodo
adiiciendo, vt cum pro ecclesie utilitate aliquos episcopus probauerit in clericatus officio promouendos,
cum abbatis voluntate debeant ordinari. Ea vero que in iure monasterii de facultatibus offeruntur in
nullo dioecesana lege ab episcopis contingantur, Si autem ex laicis quisque a se factam basilicam conse-
crari desiderat, nequaquam eam sub monasterii speciebus congregatio non colligitur, vel regula ab epi-
scopo non constituitur, a dioecesana lege audeat segregare.

Capitulum quartum.

De his qui se incestus pollutione commaculant, placuit quousque in ipso detestando & illicito carnis
contubernio perseverant usque ad missas tantum cathecuminorum in ecclesia admittantur, cum quibus
etiam nec cibum sumere vllum christianorum sicut apostolus iussit oportet.

Capitulum quintum.

Si qui altario dei deseruiunt, si subito insulenda carnis fragilitate corruerint, & domino respiciente
digne penituerint, ita vt mortificato corpore cordis contriti sacrificium deo offerant, maneat in pote-
state pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesie
corpore segregare, ita tamen, vt sic officiorum loca recipiant ne possint ad altiora officia ulterius promoueri,
quod si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint non solum dignitate officii careant, sed etiam
sanctam comunione nisi in exitu non percipiant.

Capitulum sextum.

Qui penitenti vidue, vel virgini religiose stuprum intulerit, si se ab eo sequestrare noluerit, pariter
a comunione christianorum & consortio segregetur. Si vero illa que vim pertulit ad sanctam religio-
nem redierit, in illo solo sententia excommunicationis teneatur, quo ad usque publice peniteat.

Capitulum septimum.

Qui sacramento se obligauerit, vt litigans cum quolibet ad pacem nullomodo redeat, pro periurio
vno anno a comunione sanguinis & corporis domini segregatus reatum suum elemosinis fletibus,
& quantis potuerit ieiuniis absoluat, ad charitatem vero que operit multitudinem peccatorum celeri-
ter venire festinet.

Capitulum octauum.

Nullus clericorum seruum aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel fla-
gellare presumat, quod si fecerit donec digne peniteat a loco cui honorem non dedit, segregetur.

Capitulum nonum.

De his qui in preuaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sint, placuit
vt circa eos illa nicene synodi statuta seruentur que de preuaricatoribus censita esse noscuntur, id est vt
septem annis inter cathecuminos orient, & duos inter catholicos, & postea moderatione & clementia epi-

- scopi fidelibus in oblatione eucharistie communicet. Capitulum decimum.
- A ¶ Qui iubente sacerdote pro quacumque culpa ecclesiam exire contempserit pro noxa contumacie tardius accipiat ad veniam. Capitulum undecimum.
- B ¶ Si qui clerici in mutua cedere proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliā protulerit, a pontifice districtius vindicetur. Capitulum duodecimum.
- C ¶ Qui contra decreta canonum indiscrete clericos usque nunc ordinauerunt, eis dominus, vel sancta & ecclesiastica charitas ignoscat, A modo vero si in tali viū proruperint, decretum canonū quod circa eorum personas statutum est, id est ut nullum ordinare iam audeant obseruetur, vel qui deinceps ordinati fuerint deponantur, hi vero qui tales haecenus ordinati sunt nullo tempore promoueantur. Capitulum decimum tertium.
- D ¶ Catholicus qui filios suos in heresi baptizandos obtulerit oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur. Capitulum decimum quartum.
- E ¶ Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participant. Capitulum decimum quintum.
- F ¶ Familiaritatem extraneorum mulierum licet ex toto sancti patres antiquis monitionibus preceperint ecclesiis euitandā, id nunc tamen nobis visum est, ut qui talis probabitur si post primā, & secundā comonitionē, se emendare neglexerit, donec in vitio perseverat officii sui dignitate priuetur, quod si deo iuuante correxerit sancto ministerio restauretur. Capitulum decimum sextum.
- G ¶ Licet de re huiusmodi quā constituere salubri ordinatione decernimus prisca auctoritas canonum non siluerit, sed euidenti sanctione preceperit, ut cuiuscumque ecclesie pontifice defuncto non passim pro libitu suo, in earum rerum direptionē quas obiens dereliquit quisque irruat, domumque subuertat, sed sacerdos qui exequiarum tempore est ea omnia que ad utilitatem & conseruationem pertinet debeat diligenter circumspectioe munire, tamē quia ipsa sanctio quod peius est a multis clericis cognoscitur violari, ita ut non iubente sacerdote expectorato affectu, totaque discipline seueritate posthabita immaniter que in domo pontificali reperiuntur inuadunt, & abradunt, Ideo nunc hec huius placiti constitutione inter nos censoria placuit custodiri, ut defuncto antistite vel etiam adhuc in supremis agente nullus clericorum cuiuslibet ordinis officii gradus ve sit quicquam de domo presumat, vel quod de utilitate instrumenti domus esse agnoscitur, id ē mobilis & immobilis rei ecclesiastice cōetur inuadere, nichil furto, nichil dolo supprimēs, auferens atque abscondēs sed is cui domus commissā est subiectis sibi cum consilio vno vel duobus fidelissimis omnia ad tempus pontificis substituendi debeat conseruare, vel his qui in domo inueniuntur clericis consuetā alimoniam administrare, Substitutus autem antistes suscepta se dis comoda ordinabit velut deus imperauit, ut eis uti cum his debeat, quos cognouerit discipline & charitati predecessoris sui fideliter paruissē, Quod si quis post hec cuiuslibet ordinis, (ut superius dictum est) quacumque clericus occasione de omni facultate quippiā probatus fuerit abstulisse, vel forsitam dolo aliquo sumplisse reus sacrilegii prolixiori anathemate condēnetur, & vix quoque peregrina ei communitio concedatur, quia durum est, ut hi quos constat in seruitio domini cum prime sedis antistite desudasse, ab his qui suarum rerum incubitatores atque vagantes fuisse cognoscuntur despecti aliquatenus crucietur, Sergius in Christi nomine episcopus has constitutiones secundum quod nobis cum fratribus deo inspirante complacuit relegi, & subscripsi, Iustus in Christi nomine subscripsi, Iohānes in christi nomine episcopus subscripsi, Petrus in christi nomine episcopus subscripsi, Marulio in christi nomine episcopus subscripsi, Taurus in Christi nomine episcopus subscripsi, Febrorius in christi nomine episcopus subscripsi, Gratus in christi nomine episcopus directus a domino meo Stephano episcopo his constitutionibus interfui & subscripsi.

Explicit concilium ilerdense.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII VALENTINI.

- | | | | |
|-----|---|------|--|
| i | ¶ Ut euangelium post apostolum legatur | iiii | ¶ De exequiis morientis episcopi, & qualiter humetur. |
| ii | ¶ Ut defuncto episcopo de rebus ipsius, vel ecclesie nullus quicquam presumat inuadere | v | ¶ De vagis & inobedientibus clericis. |
| iii | ¶ Ut propinqui morientis episcopi de rebus eius nichil usurpent sine metropolitani, & comprouincialium conscientia. | vi | ¶ Ut clericum alienum nullus ordinet, nec sit clericus qui non spondeat locum ubi sit delegatus. |

Explicit capitula.